72

# Privilegium VII Theloneum in Sawin
## In Nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam. Quamvis Sublimitas Regia cunctis ei supplicantibus Aures audientiæ liberaliter præbere consueverit, Eorum tamen vota petitionesq libentius ad exauditionem admittere debent, quos constat et de Majestatis Regum et Reipcæ optime non solum meruisse, verum etiam id petijsse, quod Statui Ecclesiastico, meliorem Conditionem procul dubio allaturum esset. Proinde Nos. Alexander Dei gratia Rex Poloniæ, nec non Terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cujaviæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ. Culmenq, Elbingq, Pomeraniæq Dominus et Hæres cette.

Significamus tenore præsentium, quibus expedit universis præsentibus et futuris harum notitiam habituris. Quomodo destructione Bonor. mensæ Episcopalis Chelmq pro Crucis Christi et Nostros Communes hostes annis superioribus factam non minus attendens, quam annueris Votis Rndi in Christo Patris Domini Mathiæ Episcopi Chelmq Qui tum propter sui consilij præstantiam, tum propter merita Nobis et Reipublicæ per ipsum exhibita se plurimum reddidit commendatum. Idcirco horum intuitus cupiens quantulacunq ope illi Episcopatui suffragari Mensæq ejus meliorem con-

ditionem

conditionem facere de singulari gratia Nostra Regia ac de Consensu ac consilio Consiliariorum nostrarum in hac praesenti Conventione nobiscum existentium novum Theloneum in Oppido Sawin Mensae Episcopalis Chełmenę consistente instituendum duximus, instituimusq praesentibus Decernens et Statuens per ipsum Dominum Mathiam Modernum ac alios pro tempore existeng Episcopos Chełmenę ab omnibus Vectoribus per Chełm in Brzescie et Parczow cum sale Venali Ruthenico euntibus sui exigendum. Quia Ipse Dominus Episcopus modernus, et alij in futurum existentes. A quolibet curru sale Venali onerato per centum tołpas salis ibidem in Sawin exigere percipere et pro Una Mensae Episcopalis suae, si quae necesse fuerit pro reformatione Viarum circa p[rae]dictum Oppidum consistentium convertere prout melius et utilius videbitur Ipsi D[omi]no Episcopo et alijs Successoribus suis Episcopis Chełmenę expedire debit et debebunt. Si autem aliquis Vectorum adeo temerarius esset, ut post edictum publicamq proclamationem Thelonei praedicti Theloneum illud transgrediretur et praeteriret. Ex tunc ab investigato, et jure convicto tot currus Salis ag praedictum non persolverit, Theloneum debent recipi, et pro Mensa Episcopali converti. Alias jure et consvetudine circa exactionem hujusmodi

Thelonei

Theloneor in Regno Nostro servari solitt, praemissa fieri decernenes tenore praesentium mediante in perpetuum. In cujus rei testimonium Sigillum Nostrum est sub appensum. Actum in Conventione Generali Piotrcoviae Feria Sexta proxima ante Dominicam Oculi Anno Domini Millesimo, Quingentesimo Quarto. Praesentibus ibique Reverendissimo et Reverendis in Christo Patribus Dominis Andrea ArchiEpiscopo Gnezne et Primate. Joanne Cracoviae, Vincentio Vladislavien, Joanne Poznanien, Erasmo Plocen. Mathia Chelmen Episcopis, nec non Magnificis et Generosis Spytkone de Jaroslaw Castellano, Petro Kmita de Wisnice Palatino Cracoviae et Regni Poloniae Mareschalco. Joanne de Tarnow Sandomirien Nicolao Gardzina de Lubraniec Calisien Ambrosio de Pampow Siradiensi et Capitaneo Majoris Poloniae Petro Myskoski Lancicien, Nicolao de Cyrozwenki Lublin et Paulo Kola de Dalcow Podoliae Palatinis. Dobrogoscio de Lwów Poznanien. Joanne Jarand de Brudzew Calisien Joanne de Przeramb Siradien Francisci Latalski Gnesnen. Joanne Stupecki Sandocen Castellanis Mathia de Drzewica Praeposito Scarbimien et Regni Poloniae Vice Cancellario Alberto de Gora Scholastico Vladisla

vien

Vladislavienẽ. Nicolao de Bartniki Custode Plocenẽ Secretarijs Nostris et alijs Prælatis Dignitarijs et Baronibus Spiritualibus et Sæcularibus Rni Cæterisq Cuvienẽ Nostris fide dignis ad præmissa testibus sincere fidelibus et devote dilectus Datum per Manus Venerabilis Joannis de Lasko Ecclesiæ Metropolitanæ Gneznenẽ et Rni Nostri Poloniæ Cancellarij sincere Nobis dilecti Joannes de Lasko qui supra Cancellarius mpa